[illegible]

Bolestraszicki et Leski certum Roborant Inventarium

[illegible]

[illegible]

Idem Bolestraszicki et Zawacki certam Roborant Intercisam

[illegible]

attinet se eius successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incor-
porando atque subiciendo palam publice libere ac per expressum recognoverunt et quilibet
illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi se ac suos successores in et super bo-
nis suis generaliter omnibus summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis sibi mutuo et in-
vicem una pars alteri ac potius utriusque partis inscribunt et obligant praesentibus Interiorum
Certamen inter se Recognoscentes ratione certarum rerum et locorum in eadem Interi-
sa contentarum de Acta et Data eiusdem Interiorum Dominicalis die Sabbathi in Adventu
ta Anno currenti confidendo omnibus Recognoscentium propriis subscriptam et sigillis
illorum usitatis obsignatam ex paragraphorum post sigilla appressa circa subscriptio-
nes manuum Recognoscentium apposita in omnibus et singulis Interiorum praefatorum conditionibus
punctis clausulis articulis vadio ligamentis ac nexibus generaliter omnibus firmiter tene-
re complere exequi ac enim habeatur observare eidemque Interiorum et omnibus illius contentis
tam in toto quam in quavis minima parte satisfacere Interiorum praedictam ad Inspiciendum
praesentem et Inspiciendum praesentem ad praefatam Interiorum vicissim in toto referendo.
Idque sub vadio mille Florenorum pecuniae polonicalis pro Parte Partium successoribus utri-
usque Partis ob non completionem contentorum Interiorum praefatorum omnium et singulorum tam
in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo
quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbendo ac reliqua principali ex
praemissis non completa complendisque praemissis litatae existens pars una praemissa
non tenens aut eius successores ad instantiam Partis alterius praemissa tenentis aut eius po-
sterorum ad officium praefati Castrensis Capitanealis Praemisliensis extunc recessu supra
scripto quoad respondendum spectat nullatenus semper in primo litationis termino tanquam pe-
remptorio stare Iuri parere respondere vadium praefatum licet Inscriptioni suae satisfacere
ac omne Iudicatum pati debebit ac tenebitur saque ac suos successores ad eadem omnia obligat eun-
dem terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes eiusdem causae terminos
semper peremptorios vera infirmitate pro maiori Minoritate successorum legationis
intra vel extra Regnum servitio militari ad Munimenta ad Eucharistiam vel aliis quibusvis
Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad quietationem ultra
proximos terminos officii praefati Castrensis Praemisliensis Dilationem sibi non recipien-
do nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa
omnia praemissis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus Iuris Iuris pro-
scriptione terrestri bello conventionibus et aliis omnibus Iuris remediis et defensis
non evadendo nec quovis alio modo subterfugiendo His suis praesentibus
personalibus et spontaneis vel praemissa omnia mediantibus Recogni-
tionibus.

Iaskmanicki Dubaniowskiemu Debet:

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanea-
libus Praemisliensibus Generosus Marcus Iaskmanicki de Iaskmanice sanus mente et corpore exen-
tus a Iuris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et omnipotentibus recedendo
praesenti vero Iurisdictioni Castrensi Capitanealis Praemisliensi quo ad Actorum Iuris attinet se
cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando
atque subiciendo palam publice libere ac per expressum recognovit. Quia ipse suo et Ge-
nerosae Marinae Consortis suae pro cuius rati habitione Caret ac se praesentibus inscribit
nomine Generoso Stanislao Dubaniowski et ipsius Posteris Summam sex millium
et quingentorum Florenorum pecuniae polonicalis monetae et numeri in Regno curren-
tis Florenum quemlibet grossis triginta polonicalibus computando et numerando
Certi veri iusti et liquidi Debiti mutuatae per se Recognoscentem apud ipsum pe-
cuniae tenetur atque Debet. Quam quidem Summam supra scriptam vel ea Reco-
gnoscens Generosus Marcus Iaskmanicki se ac suos successores in et super bonis suis ge-
neraliter omnibus summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis recensito Genero-
so Stanislao Dubaniowski Creditori suo eiusque Posteris inscribit et obligat praesentibus
hinc pro die et Festo Conventionis Sancti Pauli Apostoli proxime in Anno Millesimo
Sexcentesimo Trigesimo nono ventura dare solvere et coram Officio Actisque praesentibus
Castrensibus Praemisliensibus realiter et in effectu parata pecunia reponere et relinquere
repositamque et relictam cursus ab eodem Officio praesenti non effidere nec arestare vel
alio quovis modo impugnare. Idque sub vadio similis Summae Sex millium et Quingen-
torum Florenorum pecuniae polonicalis per eundem Recognoscentem Generosum Marcum
Iaskmanicki suis ipsius successores recensito Generoso Creditori suo eiusque Posteris ob non solutionem Sum-
mae praefatae principalis et Essentialis Debiti pro tempore et loco supra expressis
ad solvendum succumbendo. Insuper memoratus Regnis Generosus Marcus Iaskmanicki
de Iaskmanice se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque pecu-
niariis quibusvis habitis et habendis recensito Generoso Stanislao Dubaniowski Creditori suo
eiusque posteris inscribit et obligat praesentibus praefatam Generosam Marinam Consortem
suam ultimam vel in eventu mortis successores ipsius cum assistentia sui Recognoscentis et duo-
rum Amicorum illius de linea paterna proximiorum consanguineorum ad consentien-
dum per eam super Inspiciendum praesentem Debito reato vel similem suo proinde esse
faciendam ad Acta praesentia Castrensia Capitanealia Praemisliensia ante decursum
unius Anni vel Ducere et personaliter statuere ab eaque vel successoribus illius ut praemissa
exequantur efficere sub vadio simili et speciali vadio Sex Millium et Quingentorum
Florenorum pecuniae polonicalis per eundem Recognoscentem Generosum Iaskmanicki